nobilissime, si causam tueor non ini quum, si preces aequitate nituntur, quibus me hoc rescriptum claudere adigit
Reip: vestrae, nostrae et omni denique Christianae commune bonum, omissâ rogantis inscitiâ, rogatae rei momentis attende, et quantum ~~in~~ est in votis facundissimisque suffragiis eruditae juventutis, cui amplissimâ dignitate praees, redde nos brevi compotes planae felicitatis, quâ si frui ultra prohibemur, quodammodo per vos stetisse suspicabimur, quod hactenus non potuimus. Vale. In Castris ad captam Gennapum. IV. Cal: Sept: 1641.

Zuerio Boxhornio.

Amplissime et Doctissime vir.

(314)

Quas tibi pro ~~inscripta~~ insigni scripta, habitaque oratione diu grandes gratias debuimus, habemus tandem scribimus, reddimusque; pro more nostro et modulo, non dignitate literarum, aut vestrâ, qui dignissime illas tractatis. Possis dicere, de more parum interesse, moram excusandam esse. non fiet hoc tamen in praesentia mi Boxhorni, nec olim quidem: ne te, adeo tui nostrique ignarum antino ------ statuamus, ut Imperatoris et Ministrorum ad exercitum occupationes nescias. Utrique tribue quod cessatum nimis est (neque enim inficiasimus) et me ama. In Castris Assenadae XIII. Cal: Octob: CIƆIƆCXLI.

Maximus amicorum Heinsio salutem a me sic dictam velim, ut meâ me frui, bonâ fide sciat, ex quo suam illi redintegratam accepit.

Antonio Thysio. Fil:

Amplissime ac doctissime vir.

(315).

Stetisse per ~~quidem~~ partim, partim vero per ipsum Principem, quo minus ante non paucas Septimanas munus cit. hujus compos sis factus, nec inficior, nec ennuco., fretus humanitate tuâ et judicio, quae te nescire non patiuntur, quo rerum turbine, in exercitu agitemur. Ama me, si tanti sum, et vale, qui tanti es, ut amari merearis doctis bonisque omnibus. Assenedae in Castris XIII. Cal: CIƆIƆCXLI.

Isaaco

© Koninklijke Bibliotheek
KA 45, fol. 110v
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2862